Feria V in coena Domini.

Miserere

Tiburtio Massaino



5.Tibi soli peccavi, et malum **co**ram te **fe**ci: *ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum *judi***ca**ris.
9.Auditui meo dabis gaudium **et** lae**ti**tiam: *et exsultabunt ossa hu*mili*ata.
13.Redde mihi laetitiam salu**ta**ris **tu**i: *et spiritu principa*li con***fir**ma me.
17.Quoniam si voluisses sacrificium, de**dis**sem **u**tique: *holocaustis non *dele***cta**beris.
20.Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et **ho**lo**cau**sta: *tunc imponent super altare *tuum* **vi**tulos.



7.Ecce enim veritatem **di**le**xi**sti: *incerta et occulta sapientiae tuae manife*stasti* **mi**hi.
11.Cor mundum crea **in** me, **De**us: *et spiritum rectum innova in visce*ribus* **me**is.
15.Libera me de sanguinibus, Deus, Deus sa**lu**tis **me**ae: *et exsultabit lingua mea justi*tiam* **tu**am.
19.Benigne fac, Domine, in bona voluntate **tu**a **Si**on: *ut aedificentur mu*ri Je***ru**salem.

4.Quoniam iniquitatem meam **e**go co**gno**sco: *et peccatum meum contra *me est* **sem**per.
6.Ecce enim in iniquitati**bus** con**cep**tus sum: *et in peccatis concepit me *mater* **me**a.
8.Asperges me hyssopo, **et** mun**da**bor: *lavabis me, et super nivem *deal***ba**bor.
10.Averte faciem tuam a pec**ca**tis **me**is: *et omnes iniquitates *meas* **de**le.
12.Ne projicias me a **fa**cie **tu**a: *et spiritum sanctum tuum ne au*feras* **a** me.
14.Docebo iniquos **vi**as **tu**as: *et impii ad te *conver***ten**tur.
16.Domine, labia **me**a a**pe**ries: *et os meum annuntiabit *laudem* **tu**am.
18.Sacrificium Deo spiritus con**tri**bu**la**tus: *cor contritum et humiliatum, Deus, *non de***spi**cies.